

**NUPERA QUÆDAM OSCA,  
CUM AUCTAR. IN MARM.  
ANXAN. COMMENTAR.  
XX; WITH APPENDICE**

Published @ 2017 Trieste Publishing Pty Ltd

ISBN 9780649318346

Nupera quædam Osa, cum auctar. In marm. Anxan. commentar. XX; With Appendice by  
Raimondo Guarini

Except for use in any review, the reproduction or utilisation of this work in whole or in part in any form by any electronic, mechanical or other means, now known or hereafter invented, including xerography, photocopying and recording, or in any information storage or retrieval system, is forbidden without the permission of the publisher, Trieste Publishing Pty Ltd, PO Box 1576 Collingwood, Victoria 3066 Australia.

All rights reserved.

Edited by Trieste Publishing Pty Ltd.  
Cover @ 2017

This book is sold subject to the condition that it shall not, by way of trade or otherwise, be lent, re-sold, hired out, or otherwise circulated without the publisher's prior consent in any form or binding or cover other than that in which it is published and without a similar condition including this condition being imposed on the subsequent purchaser.

[www.triestepublishing.com](http://www.triestepublishing.com)

**RAIMONDO GUARINI**

**NUPERA QUÆDAM OSCA,  
CUM AUCTAR. IN MARM.  
ANXAN. COMMENTAR.  
XX; WITH APPENDICE**



11 a 6

+

**NVPERA QVAEDAM OSCA**

**CVM AVCTAR. IN MARM. ANXAN.**

**COMMENTAR. XX.**

**RAYMVNDI GVARINII.**

---

**NEAPOLI,**

**TYPIS SOCIETATIS PHILOMATHICÆ.**

**1841.**

## §. I.

## MARMOR OSCO-AGNASIVM SACRVM.

Ad M. fere P. V. ab oppido illustri, quod *Agnone* audit, oppidulum extat, cui nomen satis auspicatum *Pietrabbondante*, in quo insignia adhuc perennant veteris oppidi amplissimi vestigia cum moenium, theatrique reliquiis, quas inter sparsim nummi cum literatis τοῖς κειμηλίοις et prodire, et prodire in dies festinant. Oppido nomen, nisi me coniectura fallit, *Agnas* fuit Oscis, unde post *Agnone*, ab *agnis*, ut mihi persuasum est, voce derivata. Ab *Agnase*, vel *Agnate*, dicti *Agnasii*, ut ab *Aquino Aquinates*, de quibus infra loco opportuniore ampliandum. Nunc, quod instat, agendum sine mora, et diverticulis.

Haec inter memorati oppiduli rudera nuper effossum marmor oscum de sacrorum genere, quod

latum palmo uno, duplo fere in longitudinem protenditur. Lineolis sex omne continetur *συμμετρικῶς* inter sese dispositis cum apposis finalium in medio interpunctionibus, vocibusque singulis per iusta inter se spatia distinctis. Characteres equidem elegantes cum nexibus quibusdam, illorum plane similibus, qui in cippo Osco-abellano, et Pompeiorum adiraniensi in primis titulo, sunt conspicui. Si quid in his usu, experientiaque edocti olfacimus, epigramma romane olet, et ad beatiora Reipublicae tempora referendum. Quae cum ita dicimus, non ita accipi volumus, quasi a romanis haec osci didicerint, quibus contra persuasum est, romanos ab oscis, caeterisque populis, utpote antiquioribus, pleraque sua hausisse: sed osci tantum epigrammatis cum sententiam, tum sententiae tenorem, brevilloquentiamque commendare, fuit animus. Sed praeloquiorum satis. Titulus sic habet:

NECE · 2VAIN  
 T · M · T · H  
 EKK · 2KDN  
 KAVN · 8VFN  
 INVAR  
 IKRBER

Singula nunc *κατα στοιχείων*, more nostro, expendamus.

1. NEVE. Breviate pro *Neveiz*, et si velis, redde *Nevius*, quod tene pro primo viri nomine. Alterum est

2. SVLLIAIZ. Habeo pro *Sullius*, vel *Sollius*, quod osci o carebant. *Sollia* porro gens, quae nunc primum oscae se prodit originis, passim obviat in Grutero. Oscorum nomina, ut saepe adnotatum, pleraque in *iz* exeunt. *Adiraniz* ergo, qui *Adiranius*, marmoris Oscopompeiani paullum ab hac regula deflectit (1).

3. TR. M.T. Ad vocem breviatam TR. non est, ut de *Tribuno* cogitemus. *Tribunus militum*, quod me olim fugit, occurrit in marmore Adiraniano in voce *Tribum*, quae sic dividenda: *Tribu. M.* quod fortasse insinuatum per punctum interpositum cruribus literae V. Ad rem praesentem quod attinet, TR. est sine dubio *ter*, et M. T. *Medd. Toutix*. Nevius idcirco Sollius *ter Meddix Agnasionum Toutix* processit, ex quo, si caetera deforent, pervetusti oppidi nobilitas commendatur, quod in sequentibus Maruccinorum primariis fuisse accensendum, constabit.

4. EKK. Integre in Cippo *Oscobellano*: EKKVM, *ecce*, vel *hæie*. Apage igitur a voce hac *Euma* illa, quam sibi videre visi sunt quidam, qui hu-

(1) Vid. Comm. XI. pag. 11. et seq.



mane inter homines versari dedignant, vagari soli per nubes amant.

5. ZAKARAKLVM. *Sacrum*, sive *sacrificium*. Ita prorsus et in cippo *Osco-abellano*, quem si lubet, videsis, ne alibi dicta, et iamdiu tralatitia, hic recoquamus. AR nexu implicantur,

6. FVLA. *Phuva*. Dele adspirationem: fiet *puva*, idest *buva*=*bove*, et mari utique, quod Deo, non Deae, litatur. *Phuva* igitur, *bos*, oscis fuit generis item communis, ut *ovis*, cum primae tamen declinationis desinentia, quemadmodum latinis est *inos*. Hac de causa nihil additum, quo *bovis sexus* indicaretur, quod nihil hoc opus erat. Eccui nunc Deo *sacrum*?

7. IANVD. *Iano* nimirum, quod oscis *Ianud* cum *d* paragogico. *Ianus*, italorum et Rex, et Deus antiquissimus; testante Sex. Aurel. Victore, *primus, etiam cum Diis aliis sacra ferent, nominabatur*, eique *bove* interdum *mare*, aliquando et *vervece*, fieri consuevit (1). *Agnasiis* igitur suum erat *Iani* templum. Nec audiendi sunt, qui hoc in loco *phuva* versiculi praecedentis cum *Ianud* sequentis coniungunt, ut unico hiatu *Phuvaianud* legant, quod ipsis in *Bovianum* evaderet. Nam primo *Bovianum* cum *B* effertur, qua

(1) Vid. Fr. Arv. pag. 366.

litera non carebant osci. Deinde arbitrarie omnino, nulla non cogente inquam, sed ne probabili quidem ratione, altera vox cum altera ferruminatur. Fac enim, *Bovianum* hic insinuari. Quenam epigrammatis constaret sententia? Nevium nempe Solium, qui Agnasiorum tertio, vel ter salutatur Meddix Touticus, Boviano sacrum fecisse. Atqui Agnasii Boviano distabant M. P. XVIII. eoque amplius. *Genio* praeterea oppidorum divinos praebitos honores, nemo ignorat; oppidis ipsis, quoad memini, haecenus nescio.

8. AKDAFED. *Acdafed*. Tertia singularis praeter. indic. desinentia archaica, ut veterum latinorum *deded*, et oscorum *amanaffed*=*fecit*. Vox lithurgica, quae latinis fuit *dedit*. Ad litteram est: *addidit*. Vox composita ex particula *ac*, et *dafa*, vel *davo*=*do*. Sic vulgo: *ti davo*=*tibi do*. Quo magis mihi plaudo, quod in obsoletis huiusmodi rimandis dialectis humana humane tractans, vernaculis potissimum, neglectisque vocibus et pressius, et acrius mihi insistendum iam diu constitui. Haec igitur osci nostri epigrammatis, et quidem κατὰ τὰ γήθον, sententia omnis:

( 8 )

NEVIVS. SOLLI  
VS. TER. M. T  
HEIC. SA  
CRVM. BOVE  
IANO  
DEDIT

*Agnonem*, ut nunc vocant, in Molisii provincia, mihi certum fere est, sic dictum ab *agnis*, ut et inaudita hactenus *Agnas*, cuius reliquiae haud procul ab eo dissitae. Qui igitur Aquiloniam in oppido agnonensi quaerunt, frustra sunt, cum Aquiloniae aliunde quaerenda derivatio sit procul dubio, quam ab *agnis*. Aquiloniam praeterea in Hirpinorum regione stetisse, Plinius cum Ptolemaeo disertissime testantur. Plinii verba haec sunt (1): *inthus in secunda regione Hirpinorum colonia Beneventum... Aeculani, Aquilonia, Abellinates*. Et Ptolemaeus (2): *Ἱρπινῶν πόλεις Ακουλονία, Αβελλινῶν, Αιτουλωνῶν. Hirpinorum Civitates, Aquilonia, Abellinum, Aeculanum*. Aquiloniam idcirco eo constitisse, vulgo statuitur, ubi nunc *Carbonaria*, et *Mons viridis*. Testimoniis adeo luculentis nemo refragari ausus. At *Agnonem*, reponunt, *Aquiloniam* alteram extitisse ab

(1) Lib. III. Cap. XI.

(2) Lib. III.